

00
ta



**PRÆMATVRM OBITVM
FOEMINÆ**
PRÆNOBILISSIMÆ ORNATISSIMÆQUE
**IOANNÆ SOPHIAE
NATAE GOERINGIAE**
V I R I
EXCELLENTISSIMI AMPLISSIMIQUE
**IOANNIS IOACHIMI
LANGII**
 MATHESEOS ET PHILOSOPHÆ PROFESSORIS ORDINARI^I,
 NATVRA CVRIOSORVM ET SOCIETATIS
 BEROLINENSIS SODALIS
CONIVGIS DESIDERATISSIMÆ
VEHEMENTER LVGENT
AMICI DVO INTEGERRIMI.

HALAE AD D. VI. APRILIS CLXXXIX.

LITTERIS MEYHIANIS.

Vnde dicitur corde eius semper ibat
 Amoris pars intermissione
 Sed pietatis deinde deinceps intermissione
 Dicitur in intermissione
 Alii dicitur aperte fideliter et amabiliter
 Semper pars intermissione
 Cetero tempore pietatis intermissione
 Vnde dicitur utrumque

AK



Luxere de saxis niues, ver exserit
 Caput decorum floribus;
 Herbaeque pubescunt gelu retorridis
 Campis, comæque populo:
 Et TVne terris in caducis longius,
 Beata, non moraberis?
 Ibisne canis inter cælestes choros
 Bigis ad Eden inclitum?
 Quid nos? quibus TE, vita viua suauior
 Semper fuit, sed nunc grauis.
 Vtrum TVAS obliuione liuida
 Laudes sinemus elui?
 An lacrimis spargamus ossa pallida;
 Largas canentes nænias?
 Spargamus! &, membris sub vîna corrutis,
 Virtutem ornatum TVAE
 Perenniorem ferreis insignibus
 In mente collocabimus!
 Non dextra copiis abundans abdidit
 Antris opes nigrantibus;
 Sed largior densis egenas imbris
 Ditare turbas sueuerat,
 Ut stagna venis Paetoli stillantia
 Spumant arenas aureas.
 Cælo supina sustulisti brachia,
 Aurora cum resulserit,

Et thuribus, votisque numen maximum
Bis, terue placasti die.

En! Veritas, Pudor, Fidesque candida
Frondes reuellunt laureas,
TIBIque debitas corollas, præmia
Nectunt piarum frontium.

Tergamus, ergo lacrimarum spissius
Imbrem cadentum per genas
DILECTE! cui lugubris vxor occidit,
Qualem nec vñquam sol videt.

Tandem querelis pone finem tristibus,
Vultumque quæso surripe!

Nam rure, qui profuderat prius niues,
Easque tum remouerat,

Idemque temperabit atros hos dies
Feliciore fidere,

Tergamus ora! nunc finas in hortulis
TVAM frui Sioneis,

Ter ter vocatam sempiternis otii,
Omni remotam murmur.

Hic sol dies noctesque lætioribus
Intermicat caloribus;

Hoc ver perenne lenibus Fauoniis
Refrigerat rosaria;

Non ingruit rempublicam fulgentium
Horror, clamorque militum;

Civis malarum, quas amor curas móuet
Hæc inter obliuiscitur;

Pratisque sacrum floridis pean canit,
Solutus insolentia.

O ter quaterque prosperum, cui talia
Iehoua fecit otia!

Obseruantia causa erga collegam coniunctissimum
intimo affectu lugens haec posuit

DANIEL STRAEHLER
Ph. P. P. O. Math. Extraord. & Alumni. Reg. Eph.

ERgone vagientes,
Et laetè dulciores,
Auroque suauiores,
Tenerosque, melleosque
Infantulos relinquis ?
Ergone, quæso, charum,
Fidissimum maritum;
Et arctiore vinclo
Paucissimos per annos
Iunctum relinquis ? Eheu !
Eheu ! relinquis omnes,
Sternens caduca, amicos ?
Quantibusque bigis
Contendis ad corsicas
Cæli domos supremi !
Arcesque nunc Sionis
Titane clariore
Et gratiosiore
Ingraderis micantes,
Vbi nulla concitat
Acerba cura pectus,
Vbi delibuta spissis
Mens gaudiis tumescit.
Ast cuncta, TE occidente,
Redimita vere tellus
Seveste velat atra,
Natosque vix recondit
Effulminata flores.
Gemitque flexuosa
Sala candidis sub alnis.
Vir, liberique parui
TE obdormiente plangunt;
TE pauperum caterua
Luget priuata matre.
Egoque nunc perosus

Musas, diemque tristem,
TE, TE docebo filias
Montesque consonare ;
Lugubribusque dicam
Ad posteros in omnem
Aeuī perennitatem,
Plectris TVOS honores.
Fallorne? quid dolemus?
Quid næniis sinistris
Frustra replemus auras?
Procul hinc recede Luctus,
Pallor, grauisque Fletus !
Quid angimus sinistris
TE næniis quietam?
Nam mille suavitatum
Et mille faustitatum
Et mille amoenitatum
Ex hortulis supernis,
Iam morte morbidisque
Doloribus fugatis,
TE recreant, BEATA,
Ergone vagientes,
Et laetè dulciores
Infantulos, VIRVMque
Charissimum relinquis ?
Quantibusque bigis
Petis Sionis arces ?
Hic mille gaudiorum,
Et mille flosculorum
Ex pratulis supernis,
Et mille gratiarum,
Dulcedinumque mille
Ex fontibus salutis,
VALE-VOCATA, captas.

lugens haec contexit

THEOD. CHRISTOPH. VRSINVS

Philof. Prof. Publ. Ord.



78 M. 404



TA → OL

101722

PRÆMATVRVM OBITVM
FOEMINÆ
PRÆNOBILISSIMÆ ORNATISSIMÆ QVE
IOANNÆ SOPHIÆ

ERINGIAE
R I
AMPLISSLIMI QVE
OACHIMI
GII

Æ PROFESSORIS ORDINARI,
M ET SOCIETATIS
S SODALIS
DERATISSIMÆ
INTEGERRIMI

REYHIANIS.
B.I.G.

Farbkarte #13

Centimetres
Inches

Blue Cyan Green Yellow

Red

Magenta White

3/Color

Black